

Band VI., Nr. 1640, Seite 40-41

Abt Berthold von Bebenhausen beurkundet, dass Ritter Ludwig von Lichtenstein um seines und seiner Eltern Seelenheils willen alle seine Güter in Altingen an das Kloster vermacht habe.

Ohne Ortsangabe, 1262.

In nomine sancte et individue trinitatis. Amen. Universis Christi fidelibus presentem paginam inspecturis frater Ber. dictus abbas de Bebinhvsen, orationum suffragia devotarum. Que geruntur sub tempore, litterarum ac testium roborari solent munimine, ne contingat ea processu temporis vacillare. Quocirca universis Christi fidelibus tenore presentium cupimus declarari, quod L. miles de Liehtinstain divine retributionis intuitu et in honorem gloriose virginis Marie nec non et in remedium anime sue animarumque parentum suorum omnia bona sua in Altingen sita nostre legavit ecclesie de consensu heredum suorum libere et absolute nec ab aliquo vexationis gravamine perturbanda sed a nobis integraliter et iure perpetuo possidenda. In huius rei testimonium presentem litteram cum annotatione testium conscribi et tam nostri, quam venerabilis Ber. prepositi de Bvtilspach sigilli munimine fecimus roborari.

Acta sunt hec anno domini M^o. CC^o. LX^o. II^o. Huic autem donationi testes affuerant hii presentes: Ber. abbas de Bebinhvsen, frater Diemo ibidem, Ber. prepositus in Bvtilspach, Ber. miles de Phullingen et Ber. filius eius, Gebihardus de Liehtinstain, Peregrinus de Salbeningen, Waltherus Speht de Lustenowe milites et Ber. filius Swænigeri et Bernoldus et Hainricus de Tuingen et alii plures.

Der Textabdruck folgt dem Original.

An der Urkunde zwei spitzovale Siegel: 1) Vom ersten Siegel, dem des Abts von Bebenhausen, ist die obere Wachslage mit dem Bild fast ganz verschwunden und nur noch von der Umschrift: . ILLV . . ABB(at)IS . DE . erhalten. 2) Das zweite Siegel ist im unteren Teil noch erhalten (III. A. 2. c): Eine auf einem Stuhl sitzende Figur in langem, faltigem Gewand (der Kopf fehlt), welche einem vor ihr knieenden Betenden die Hand auflegt, von der Umschrift erhalten: . . . OLDI . DECANI . CO(n)STAN(t)IE (der Konstanzer Dekan Berthold war zugleich Propst von Beutelsbach, vgl. z. B. WUB, Bd. V, S. 197).

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

A 474 U 207

Editionen:

Zeitschrift für die Geschichte des Oberrheins 1 (1850) - 39 (1885), N.F.
1=40 (1886) - [...], Bd. 3, S. 201.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Ohne Ortsangabe

Ortsindex:

Altingen Wohnplatz (16222)

Altingen, Ammerbuch, TÜ

Bebenhausen Wohnplatz (16199)

Bebenhausen, Tübingen, TÜ

Beutelsbach Wohnplatz (1751)

Beutelsbach, Weinstadt, WN

Pfullingen Wohnplatz (15957)

Pfullingen, RT

Salmendingen Wohnplatz (16332)

Salmendingen, Burladingen, BL

Schloss Lichtenstein : Honau, Lichtenstein RT

Schloss Lichtenstein Wohnplatz (16083)

Tübingen Wohnplatz (16214)

Tübingen, TÜ